hoc loco dñm dixiſſe que alijs locis dixit: quia ſatis ꝑti
nebant ad hanc ipſam eius ſententiam: qua vetuit prohi-
beri virtutes in nomine ſuo fieri: etiam ab illo qui cuꝫ di
ſcipulis eum non ſequebatur. .X.

Et inde exurgens venit in fines iudee vl
tra iordanē ꝯ conueniunt iteꝝ turbe ad cuꝫ
ꝛ ſicut conſueuerat iterum docebat illos.
Et accedentes phariſei iterrogabant eum: ſi licet
viro vxorem dimittere tentātes eū? At ille rñdens
dixit eis: Quid vobis precepit moyſes? Qui dixe
runt: Moyſes permiſit libellū repudij ſcribere ꝛ
dimittere. Quibus rñdens Jeſus ait: Ad duritiā
cordis vr̃i ſcripſit vobis preceptū iſtud. Ab initio
autē creature maſculū ꝛ feminam fecit eos deus.
Propter hoc relinquet homo patrē ſuū ꝛ matrē
ꝛ adherebit ad vxorē ſuā: ꝛ erūt duo ī carne vna.
Jtaqꝫ iam nō ſunt duo: ſꝫ vna caro. Quod ergo
deus cōiunxit: hō non ſeparet. Et in domo iteruꝫ
diſcipuli eius de eodē interrogauerunt eū. Et ait
illis: Quicūqꝫ dimiſerit vxorē ſuaꝫ ꝛ aliā duxerit
adulteriū cōmittit ſuper eā. Et ſi vxor dimiſerit vi
rum ſuū ꝛ alij nupſerit: mechatur.

BEDA: Hucuſqꝫ marcus ea narrauit de dño que in
galilea fecit ꝛ docuit. Hic incipit enarrare que in iudea fe
cit ꝛ docuit ſiue paſſus eſt: ꝛ primo quidē trans iordaneꝫ
ad orientē. Et h̄ ē quod dr̄: Et ide. exur. ve in fi. iu. vl. ior.
Deide etiā citra iordanē quādo venit iericho: bethaniaꝫ:
ꝛ hieroſolymā. Et cū oīs iudeoꝝ ꝓuincia generaliter ad
diſtinctionē aliaꝝ gentiū iudea ſit dicta: ſpecialius tñ me
ridiana eius plaga appellabat iudea ad diſtictionē ſama
rie: galilee: decapolis: ꝛ cetераꝝ in eadē ꝓuincia regionū.
THEO. Uiſitat aūt regioneꝫ iudee: quā ſepe ꝓpter iu
deoꝝ emulationē reliquerat: qꝛ paſſio in ea erat futura
non tñ aſcendit tūc hieroſolymā: ſꝫ iudee ꝯfinia vt turbe
non malicioſe ꝓficeret. Hieroſolyma. n. erat operatrix oīs
nequitie ob maliciā iudeoꝝ. vñ ſequit: Et cōue. ite. tur. ad
euꝫ: ꝛ ſicut cō. ite. doce. illos. BEDA: Notanda ē mē
tium diſtantia in turbis ꝛ phariſeis. he cōueniunt vt do
ceantur: ꝛ ſui ſanent infirmi: ſicut matthe. cōmemorat: illi
accedūt vt ſaluatorē tentādo decipiāt. vñ ſequit: Et acce.
pha. iter. eū ſi li. viro vx. di. tē eū. THEO. Accedunt
quidē nō deſerentes euꝫ ne turbe in eum crederent: ſꝫ ꝯti
nue accedentes credebant eū in dubitationē deducere: ꝛ
eum per interrogationes cōfundere. Propoſuerunt autē
ei queſtionē ex vtraqꝫ parte ꝑcipitium habētem: vt ſi di
cat ꝙ licet viro vxorē dimittere: vel non licet accuſarent
ipſum cōtradicētes eidē ex dogmatibus moyſi. Chriſt⁹
igitur ſapientia ipſa rñdit eis reſponſionē: illoꝝ laqueos
fugientē. CHRY. Jnterrogat⁹. n. ſi licꝫ: nō ſtatim rñ
dit: nō licet: ne tumultuētur: ſꝫ ꝑmo eis legis ſniaꝫ voluit
rñdere: vt qd̄ eū dicere oportebat h̄ illi rñderent. vñ ſeqt:
At ille rñ. ait: Quid vobis ꝑce. moyſes? Sequit: Qui di
xerūt: Moyſes ꝑmiſit libellū repudij ſcribere ꝛ dimitte-
re. Proponunt qdē moyſen hoc dixiſſe: aut propter iter
rogationem ſaluatoris: aut volētes in eū viroꝝ multitu-
dinē icitare. Eteni hoc iudeis erat indifferens: ꝛ oēs hoc
operabant tāꝙ a lege ꝑmiſſuꝫ. AVG. de cō. euan. Nihil
autē ad rei veritatē intereſt: viru dño ſeꝑationē ꝓhibētī: ꝛ
ſniaꝫ ſuā de lege firmātī: ipſi turbe vt Matthe⁹ narrat itu
lerint qōneꝫ de libello repudij ꝑ eūdē moyſen ſibi ꝑmiſſo
an hoc qdē illi de ꝑcepto moyſi illos iterrogāti rñderint:
vt Marc⁹ hic dicit. nā ꝛ volūtas ei⁹ ita ſe hēbat: vt nō eiſ
redderet rōneꝫ: cur illud Moyſes ꝑmiſerit: niſi ꝑus ipſi
hoc ꝯmemoraſſent. Cū ergo volūtas loqntiū: cui debēt

ṽba fuire ab euāgeliſta vtroqꝫ monſtrata ſit: nihil intereſt
iam: lꝫ diuerſus inter ambos fuerit modus narrādi. Pōt
etiā hoc intelligi: ꝙ ſicut dicit Marc⁹: ꝑus eos de vxore
dimittenda iterrogātes: dñs viciſſim iterrogat: qd eis ꝑ
cepit moyſes: q̄ cū rñdiſſent Moyſen ꝑmiſiſſe libellū re
pudij ſcribere: ꝛ dimittere: rñdit eis de ipa lege ꝑ moyſen
data: quomō de⁹ inſtituerit ꝯiugium maſculi ꝛ femine: di
cens ea que ponit Matthe⁹: qbus auditis: illi id qd̄ ei pri
mo iterrogāti rñderāt repetierūt: dicētes: Quid ergo mā
dauit moyſes? AVG cōtra fauſtū: Nolebat aūt dimitti
vxorē a viro q̄ hanc interpoſuit morā: vt in diſcidiū ani
mus ꝑceps libelli cōſcriptione refract⁹ abſiſteret: ꝑſertim
qꝛ vt ꝓhibent: apud hebreos ſcribere lr̄as hebreas nulli
fas erat niſi ſolis ſcribis. Ad hos igit quos oportebat ē
prudētes legis interꝑtes: ꝛ iuſtos diſcidij diſſuaſores: ꝑ
mittere voluit eū quē iuſſit libellū dare repudij ſi dimiſiſ
ſet vxorē. Nō. n. poterat ei ſcribi libell⁹ niſi ab ipſis qui
ꝑ hanc occaſionē ꝛ neceſſitatē venientē quodāmō in ma
nus ſuas bono ꝯſilio regerēt: atqꝫ inter ipm ꝛ vxorē pa
cifice agendo dilectionē ꝯcordiāqꝫ ſauderēt. ꝙ ſi tantum
intercideret odiū vt extingui emēdariqꝫ nō poſſꝫ: tūc vti
qꝫ ſcriberet libellus: qꝛ fruſtra nō dimitteret: quā ſic odiſ
ſet vt ad debitā cōiugio charitatē nulla prudentiū ſuaſio
ne reuocaret. ꝓpter hoc ſubdit: Quibus re. ieſus ait: Ad
dur. cor. ve. ſcri. ē vo. pre. iſtud. Magna. n. duritia erat q̄
nec ꝑ libelli iterpoſitionē: vbi diſſuadēdi loc⁹ iuſtis ꝛ pru
dentib⁹ tribuebat: ſolui vel flecti poſſet ad recipiēdā vel
reuocādā ꝯiugij charitatē. CHRY. Uꝫ dī: Ad duriti
cordis vr̃i: qꝛ ſi aīa fuerit purgata deſiderijs ꝛ ira: poſſi
bile ē mulierē neqſſimā tolerare. Multiplicans aūt in a
paſſionib⁹ ꝑdictis: multa mala ꝯtingēt circa odioſū ꝯiu
biū. ſic igit ab incuſatione eoꝝ moyſen eripit q̄ dederat
legē: ꝛ totū in eoꝝ caput ꝯuertit. Sꝫ qꝛ graue erat qd̄ di
ctū ē: ſtatī ad antiquā legē ſermonē reducit dicēs: Ab ini
tio aūt creature maſculū ꝛ feminam fecit eos de⁹. BE
DA: Non ait maſculum ꝛ feminas. qd̄ ex prioꝝ repudio
querebat: ſꝫ maſculum ꝛ feminā: vt vni⁹ ꝯiugis cōſortio
necterent. CHRY. Si aūt voluiſſꝫ hanc qdē dimitti ꝛ
alterā introduci: creaſſet plurimas mulieres. Nec ſolum
homini deus mulierē cōiunxit: ſꝫ ꝛ relinquere parentes
ꝑcepit ꝛ mulieri adherere. vñ ſeqt: Et dixit. ſ. deus ꝑ adā
Propt̄ hoc re. ho. pa. ſu. ꝛ ma. ſu. ꝛ adhe. ad vxo. ſuā. Et
ipo mō locutiōis inſeparabilitatē mr̃imonij demōſtrās
qꝛ dicit: Adherebit. BEDA: Et ſimiliter qꝛ dicit: adhe
rebit ad vxorē ſuā: nō ad vxores. Seqt: Et erūt duo in car
ne vna. CHRY. i. ex vna radice facti: ī vnū corp⁹ cō
uenīūt. Seqt: Jtaqꝫ iā nō ſūt duo ſꝫ vna caro. BEDA:
Primū igit nuptiarū ē ex duab⁹ vnā carnē fieri. Caſtitas
iūcta ſpūi: vn⁹ efficit ſpūs. CHRY. Poſt h̄ terribile ſu
ciēs argumētum nō dixit: ne diuidat: ſꝫ ꝯcluſit: Qd̄ ergo
de⁹ cōiunxit: hō nō ſeꝑet. AVGV. ꝯtra fauſtū: Ecce iu
dei ex libris moyſi ꝯuincunt: nō eē vxorē dimittendā: q̄
ſm voluntatem legis moyſi arbitrant ſe facere cū dimit
terent. Similit ꝛ illud hinc cū ipo chriſto atteſtāte cogno
ſcimus deū feciſſe ꝛ cōiunxiſſe maſculum ꝛ feminā: qd̄ ma
nichei negādo dānantur: nō iam moyſi libris: ſꝫ chriſti
euangelio reſiſtentes. BEDA: Qd̄ ergo de⁹ cōiunxit
vnā faciendo carnē viri ꝛ femine: h̄ hō nō pōt ſeparare:
ſꝫ ſolus deus. Hō ſeparat: qñ ꝓpter deſideriū ſcde vxo
ris primā dimittim⁹. De⁹ ſeparat: quādo ex ꝯſenſu ꝑpt
ſeruitutem dei ſic habemus vxores: quaſi nō habentes.
CHRY. Si aūt duo quos de⁹ cōiunxit ſeparari non
debēt: multo magis eccliam quā de⁹ chriſto cōiunxit: ab
eo nō ꝯuenit ſeparare. THEO. Quia vō ſcādaliſabā
tur diſcipuli: tāꝙ ex ꝑdictis nō plene eis fuerit ſatiſfactū
propter hoc enim iteruꝫ interrogant. vñ ſequitur: Et ite.
in do. diſc. eius de eodē iter. eum. HIERO. Scda iter
rogatio ab apoſtolis iterum dicta eſt: quia de eadem re
de qua phariſei eum interrogauerunt. i. de coniugij ſtatu

ꝛ hoc

⁊ hoc ꝓpric. Iterata eñi verbi ſnīa: nō faſtidiū ſed eſuriem ⁊ ſitim p̄ſtat. vnde qui me comedunt: adhuc eſurient: ⁊ qui me bibūt adhuc ſitient. Melliflua eñi ſapientie eloquia guſtata: diligentibus multimodū ſaporem reddunt. vnde dñs iterato diſcipulos inſtruit. nam ſequitur Et dixit illis: Quicunq̄ʒ dimi. vx. ſu. ⁊ al. dux. adul. com. ſu. eā. CHRY. Adulteriū vocat nō cum ſua ſimul eſſe: Nō eñi eſt ſua quā accepit p̄ma derelicta: ⁊ propter hoc cōmittit adulteriū ſup eā. i. ſuper ſcdām quā introducit. Idē aūt eſt ⁊ de muliere. vnde ſequit̄: Et ſi vxor di. virū ſuū: ⁊ alij nup. mechat̄. Nō eñi alteri vt proprio viro pōt cōiungi: ſi propriū derelinquat. Et quidem lex prohibuit adulteriū manifeſtū: ſaluator hoc nō manifeſtū: neq̄ʒ ab omnibus notū: nature contrariū. BEDA: In mattheo vero ſcriptū eſt plenius: Quicunq̄ʒ dimiſerit vxorē ſuaʒ niſi ob fornicationē. Una ergo ſolūmodo carnalis ē cauſa: fornicatio. Una ſpiritalis: timor dei: vt vxor dimittatur: ſicut multi religionis cauſa feciſſe legunt̄. Nulla autē cauſa eſt dei lege p̄ſcripta: vt viuēte ea q̄ relicta eſt alia aducat̄. CHRY. Quod aūt Mattheus dicit phariſeis hec verba dixiſſe: Marcus vero diſcipulis: nō eſt ↄ̄riū. contingit eñi hec ⁊ his ⁊ illis dicta eſſe.

¶ Et offerebāt illi puulos: vt tāgeret illos. Diſcipuli aūt cōminabant̄ offerētib⁹. Quos cū videret Ieſus: indigne tulit. Et ait illis: Sinite paruulos venire ad me: ⁊ ne prohibueritis eos: taliū eñi eſt regnū dei. Amē dico vobis: quiſq̄s nō recepit regnū dei velut puul⁹ nō īrabit ī illud. Et cōplexās eos ⁊ īponēs manus ſup illos: bñdicebat eos.

THEO. Oſtenſa ſupius nequitia phariſeoꝝ chriſtum tētantiū: nūc oñdit̄ multa fides turbaꝝ que tm̄ manuū impoſitione putabant chriſtū benedicere paruulos quos illi offerebant. vnde dicitur: Et offe. illi paruu. vt tan. eos. CHRY. Sed diſcipuli ꝓhibebāt offerētes ꝓpter chriſti dignitatē. Et hoc eſt qđ ſubdit̄: Diſci. aūt cō. offe. Saluator aūt erudiens diſcipulos ſapere moderata: ⁊ tumorē ↄculcare mūdanū: accipit pueros ⁊ eis ꝑnūciat regnū dei. vñ ſequit̄: Et dixit illis: Sinite paruu. ve. ad me: ⁊ ne ꝓhi. eos. ORIGE. Siquis ergo eoꝝ q̄ doctrinā eccleſiaſticā ꝓfitent̄: videat aliquē offerētē quoſdā ſtultos mūdi ⁊ ignobiles ⁊ infirmos: q̄ ꝓpter hoc appellati ſūt pueri ⁊ infantes: nō ꝓhibeat q̄ſi ſine iudicio faciētē eū q̄ offert talē ſaluatori. Poſt hec exhortat̄ diſcipulos ſuos iā viros ↄſtitutos ↄdeſcendere vtilitatib⁹ pueroꝝ: vt fiant pueris quaſi pueri: vt pueros lucrent̄. Nā ⁊ ipſe cū in forma dei eſſet: humiliās ſe factus eſt puer. vñ ſubdit̄: Taliū ē eñi regnū dei. CHRY. Etenī ab oīb⁹ paſſionib⁹ pura exiſtit aīa pueri: ꝓpter hoc oportet vt hec ex voluntate operemur: q̄ pueri habent ꝑ naturā. THEO. Unde nō dixit hoꝝ ē regnū dei: ſʒ taliū. ſ. habentiū ⁊ ſtudio ⁊ labore innocentiā ⁊ ſimplicitatē quā habent pueri ex natura. Puer. n. nō odit neq̄ʒ malicioſe aliqđ operat̄: neq̄ʒ verberatus a matre diſcedit. ſed etſi eū vilibus induat veſtimētis: ꝑfert ea regalibus indumentis: ſic ⁊ ille q̄ viuit ſcđm virtutē eccleſie matris ſue nihil huic ꝑhonorat: neq̄ʒ etiā reginā multoꝝ voluptate. vñ ⁊ dñs ſubdit̄: Amē dico vobis: Quiſq̄s nō rece. reg. dei velut puu. nō īrabit ī illud. BEDA: Ideſt niſi talē habueritis innocentiā ⁊ animi puritatē ſicut paruulus habet: regnū celoꝝ nō poteritis intrare. Aliter: regnū dei. i. doctrinā euāgelij: ſicut puul⁹ recipere iubemur: q2 quomodo paruulus in diſcēdo nō ↄ̄dicit doctoribus: neq̄ʒ rōes ⁊ verba cōponit: eis reſiſtēs ſʒ fideliter ſuſcipit q̄ docēt: ⁊ cū metu obtēperat ⁊ diſcit: ita ⁊ nos obediēdo ſimplr̄ ⁊ ſine vlla ↄ̄dictiōe verbū dñi ſuſcipe debem⁹. Sequit̄: Et cō. eos. ⁊ im. ma. ſup il. bene. eos. CHRY. Bene aūt amplexat̄ eos ad bñdictioneʒ tanq̄ in ꝓpriū ſinū eleuās. ↄdiciat⁹ facturā ſuā ab eo cadentē ab initio ⁊ diuiſā. Imponit aūt puulis manus: docens diuine virtutis operationē. Et quidē ſcđm ↄſuetudinē alioꝝ manus īponit: ſʒ nō ſcđm ↄſuetudinē operat̄. De⁹ eñi exiſtēs: humanū modū ſuabat tanq̄ verus homo factus. BEDA: Cōplexus etiā bñdixit puulos: vt humiles ſpiritu ſua benedictione ⁊ gratia ⁊ dilectione dignos eſſe ſignificet.

¶ Et cū egreſſus eſſet in via ꝓcurrēs quidā genuflexo añ eū: rogabat eū dicens: Magiſter bone: qđ faciā vt vitā eternā percipiā? Ieſus autē dixit ei: Quid me dicis bonū? Nemo bon⁹ niſi vn⁹ deus. Precepta noſti: Ne adulteres: ne occidas: ne fureris: ne falſū teſtimoniū dixeris: ne fraudem feceris. honora patrē tuū ⁊ matrem. At ille reſpōdēs ait illi: Magiſter: Hec omnia obſeruaui a iuuentute mea. Ieſus aūt intuitus eū dilexit eū: ⁊ dixit ei: vnū tibi deeſt: Uade quecunq̄ʒ habes vēde ⁊ da pauperibus: ⁊ habebis theſaurū ī celo: ⁊ veni ſequere me. Qui ↄtriſtatus in verbo: abijt merens. Erat. n. habens multas poſſeſſiones. Et circūſpiciēs ieſus: ait diſcipulis ſuis: Quam difficile q̄ pecunias habēt in regnū dei introibunt. Diſcipuli aūt obſtupeſcebant in verbis eius. At Ieſus rurſus reſpōdens ait illis: Filioli: q̄ʒ difficile ē confidētes in pecunijs in regnū dei introire. Facilius eſt camelū per foramen acus trāſire: q̄ʒ diuitē intrare in regnū dei. Qui magis admirabant̄ dicentes ad ſemetipſos: Et q̄s pōt ſaluus fieri? Et intuēs illos Ieſus ait: Apud hoīes impoſſibile eſt: ſed nō apud deū. Omnia eñi poſſibilia ſūt apud deū.

¶ BEDA. Audiuerat quidā a dño tm̄ eos q̄ puuloꝝ voluit eē ſilēs: dignos eē īroitu regni celoꝝ: atq̄ʒ idō poſcit ſibi exponi nō ꝑabolis: ſʒ apte: qb⁹ opeꝝ meritis vitā eternā ↄſequi poſſit. vñ dicit̄: Et cū egreſſus eēt in via ꝓcur. q̄. genu. ante eū: roga. eū dicēs: Ma. bo. qđ fa. vt vi. eter. pci. THEO. Miror de hoc iuuene q̄ oibus alijs ꝑ infirmitatibus ad chriſtū accedētib⁹: hic vite eterne poſſeſſionē poſtulat cū maligna ſit paſſio auaricie ꝓpter quam poſtmodū cōtriſtatus eſt. CHRY. Quia vero acceſſerat ad chriſtū: tanq̄ ad hoīeʒ ⁊ ad vnū iudaicoꝝ doctoꝝ chriſtus tanq̄ hō r̄ndit eidē. vñ ſequit̄: Ieſus aūt dixit ei: Quid me di. bo. Nemo bo. niſi vn⁹ deus. Hec aūt dicēs nō excludit hoīes a bonitate: ſʒ a cōparatione bonitatis diuine. BEDA: Unus aūt deus bon⁹: nō pr̄ ſolus īteligēdus ē: ſʒ ⁊ fili⁹ q̄ dicit: Ego ſū paſtor bonus: ſʒ ⁊ ſpūſſanctus: q2 dr̄: Pater de celis dabit ſpiritū bonū petētib⁹ ſe. Ipſa. n. vna ⁊ indiuidua trinitas pr̄: fili⁹: ⁊ ſpūſſanct⁹: ſolus ⁊ vnus deus bon⁹ ē. Nō igit̄ dñs ſe bonū negat: ſʒ eē deū ſignificat: nō ſe mgr̄ʒ bonū nō eē: ſʒ mgr̄m abſq̄ʒ deo nullū bonū eē teſtat̄. THEO. Uoluit igit̄ dñs per hec verba mentē iuuenis facere altioreʒ: vt ipm̄ cognoſceret tanq̄ deum. Sed ⁊ aliud quidem innuit in his verbis: vt quando debes conferre cum aliquo: non adulando cum eo conferas: ſed reſpicias radicem bonitatis ⁊ fontē deum: ⁊ ei p̄ſtes honorē. BEDA: Notandum autē q̄ iuſticia legis ſuo tp̄e cuſtodita: nō ſolū bona terre: verū etiā ſuis cultoribus vitā ↄferebat. vñ dñs de vita eterna querēti conſequenter dixit: Precepta noſti? Ne adulteres: ne occi. Hec ē eñi puerilis innocentia que nobis imitanda ꝓponitur: ſi regnū dei volumus intrare. vñ ſequit̄: Et ille reſpōdens ait: Magiſter hec oīa ob. a iuuen. mea. Nō eſt putandus homo iſte vl̄ voto tētantis: vt quidam putauerūt: dñm interrogaſſe: vel de ſua vita eſſe mentitus: ſed

miſſus ſit: ſtatiqꝫ relegatus in pathmos inſula: ſic vide-
bimus martyrium animo nō defuiſſe: ⁊ bibiſſe ioannem
calicē cōfeſſionis: quē ⁊ tres pueri in camino ignis bibe-
runt: lꝫ pſecutor non fuderit ſanguinē. Sequitur: Sedere
autem ad dex. me. vel ad ſi. non eſt me. da. vo. ſed quibus
paratū eſt. CHRY. Ubi duo q̄runt. vnū ē: ſi paratū eſt
alicui ſedere a dextris ei⁹. Alterū aūt: ſi oiuꝫ dñs his q̄
bus paratū ē poteſtatē tribuēdi nō hꝫ. Ad pmū ḡ dicim⁹
ꝙ null⁹ a dextris neqꝫ a ſiniſtris ſedet: inuius .n. ē oī cre-
ature thronus ille. Quō ḡ dixit: Sedere ad dexterā meā
vl' ad ſiniſtrā nō ē meū dare vobis .q̄ſi q̄buſdā ſeſſuris.
Ad ſuſpitionē q̄dē interrogātiū rn̄dit eoꝝ intētioni ꝯde-
ſcēdēs: neqꝫ .n. nouerāt illū thronū excelſū ⁊ cathedrā q̄
ē a dextris pr̄is: ſꝫ vnū ſolū petebant .ſ. potiri primatu ⁊
alijs pe̅ſſe. Quidā .n. audierūt dictū de apoſtolis ꝙ ſup
xij. thronos eēnt ſeſſuri: q̄d eēt qd̄ dictū ē ignorātes: inter
ceteros petierūt pmatū. Ad ſcdm dicēdū eſt ꝙ tale donū
ptātē filij nō trāſcēdit: ſꝫ qd̄ i mattheo dr̄: Paratū ē a pr̄e
meo. idē ē ac ſi diceret: a me. vn̄ ⁊ marc⁹ nō dixit h: a pr̄e
meo. Nō ḡ hic chriſtus dicit tale ē: Moriemini inq̄ ꝓpt
me: nō tn̄ h ſufficit ad hoc ꝙ vos pmū ordinē obtineatis
Si .n. aliq̄s alt⁹ cū martyrio venerit: omnē aliā v̄tutē poſ-
ſidēs multa vobis maiora poſſidebit. his .n. parat̄ pma-
tus q̄ ꝑ opa poſſunt fieri primi. Sic igit̄ dñs ſua rn̄ſione
eos inſtruxit vt nō vane ⁊ inaniter ꝓ pmatib⁹ moleſtent̄:
ſimul aūt ⁊ eos noluit ꝯtriſtari. BEDA: Uel nō eſt meū
vobis dare .i. ſuperbis: hoc eni adhuc erāt. Alijs paratū
eſt: ⁊ vos alij eſtote .i. humiles: ⁊ vobis paratū eſt.

¶ Et audiētes decē indignati ſūt de iacobo ⁊ io-
anne. Jeſus aūt vocās eos: ait illis: Scitis q̄ hi q
videt̄ pncipari gētib⁹ dominānt̄ eis: ⁊ pncipes eoꝝ
ptātē hn̄t ipoꝝ. Nō ita ē aūt i vobis: ſꝫ qcūqꝫ vo-
luerit fieri maior erit vr̄ miniſter. Et qcūqꝫ volue-
rit in vobis pm⁹ eē: erit oiuꝫ ſuus. Nā ⁊ fili⁹ hoīs
nō venit vt miniſtraret̄ ei: ſed vt miniſtraret: ⁊ da-
ret animā ſuā redemptionē pro multis.

THEO. Quia reliq̄ apl̄i vidēt iacobū ⁊ ioannē hono-
rē petere: patiēter ferre nō poſſūt. vn̄ dicit̄: Et audiē. decē
indignati ſūt de iacobo ⁊ ioanne. Patiētes .n. humana in-
uidia mouebāt̄: ſꝫ tūc pmo indignati ſūt: cū viderūt ipos
a dn̄o nō ſuſceptos. nō aūt prius indignabant̄: q̄ videbāt
ipos alijs phonorari: tūc igit̄ ſic ipfecte ſe hēbāt apl̄i: ſed
poſtea in pmatib⁹ ſibi cedebāt adinuicē. chriſt⁹ aūt eos ſa-
nat: primo q̄dē ad eoꝝ ꝯſolationē eos iuxta ſe adducēdo
⁊ h ſignificat̄ cū dicit̄: Jeſus aūt vocās eos. deinde demō-
ſtrādo ꝙ vſurpare honorē ⁊ deſiderare primatū gētiliū ē
vn̄ ſequit̄: Ait illis: Scitis q̄ hi q̄ vident̄ pn. gen. do. eis:
⁊ prin. eorū po. ha. ipoꝝ. Gentiliū principes tyrānice ⁊
dn̄abiliter ad principatū ſe ingerūt. Sequit̄: Nō ita ē aūt
in vobis. BEDA: In quo docet eū maiorē eē q̄ minor
fuerit: ⁊ illū dn̄m fieri q̄ oiuꝫ ſuus ſit. fruſtra igit̄ aut illi i-
moderata q̄ſierāt: aut iſti dolēt ſup maioꝝ deſiderio: cuꝫ
ad ſūmitatē v̄tutū nō potētia ſꝫ humilitate veniat̄. Dein-
de ꝓponit exēplū vt ſi dicta paruipēderēt: erubeſcerēt ad
opa. ⁊ dicit: Nā ⁊ fili. homi. nō ve. vt miniſtra ei: ſꝫ vt mi-
ni. ⁊ da. ani. ſuā. redē. ꝓ multis. THEO. Nō mai⁹ eſt
q̄ miniſtrare. Cū .n. aliq̄s ꝓ eo cui miniſtrat morit̄: q̄d iſto
pōt eē mai⁹ ⁊ mirabilius: ſꝫ tn̄ iſta miniſtratio ⁊ humilita-
tis deſcenſus gloria ei⁹ erat ⁊ omniū. Ante .n. q̄ homo fi-
eret: ſolū ab angelis notū eſt. Cū aūt factus ē hō ⁊ cruci-
fixus eſt: nō tn̄ ipſe gloriā hꝫ: ſꝫ ⁊ alios in ꝑticipatiōe ſue
glorie ſuſcepit: ⁊ dn̄at⁹ eſt ꝑ fidē orbi terre. BEDA: Nō
aūt dixit aiāꝫ ſuā redēptionē dare ꝓ oibus: ſed pro mul-
tis .i. qui credere voluerunt.

¶ Et venūt hiericho. Et ꝓficiſcente eo de hieri-
cho ⁊ diſcipulis eius ⁊ plurima multitudine: fili⁹

thimei barthime⁹ cec⁹ ſedebat iuxta viā mēdicās
Qui cū audiſſet q̄ ieſus naçaren⁹ ē: cepit clamare
⁊ dicere: Jeſu fili dauid miſerere mei. Et cōmina-
bāt̄ illi multi vt taceret. At ille multomagis clama-
bat: fili dauid miſerere mei. Et ſtans ieſus p̄cepit
illū vocari. Et vocāt cecū: dicentes ei: Animequior
eſto: ſurge vocat te. Qui ꝓiecto veſtimēto ſuo: ex-
liens venit ad eū. Et rn̄dēs ieſus dixit illi: Quid ti-
bi vis faciā? Cec⁹ aūt dixit ei: Raboni vt videā. Je-
ſus aūt ait illi: Uade: Fides tua te ſaluum fecit. Et
confeſtim vidit: ⁊ ſequebatur eum in via.

HIERO. Paſſioni dn̄i appropinquāti: ciuitati nomē
rn̄det. dr̄ eni: Et venūt hiericho. Hiericho luna ſiue ana-
thema interp̄tat̄. Defect⁹ aūt carnis chriſti pparatio ē hie-
ruſalē celeſtis. Sequit̄: Et ꝓficiſ. eo de hieri. ⁊ diſci. ei⁹ ⁊
plu. multitu. fili⁹ thimei barthime⁹ cecus: ſedebat iuxta
viā mēdicās. BEDA: Matthe⁹ duos iuxta viā ſedētes
⁊ ad dn̄m clamātes: cecos dicit eē illuminatos. Lucas
aūt cū appropinq̄ret hiericho pari ordine illuminatū ab
eo cecū eē phibet: vbi nemo ſaltē ſapiēs putet euāgeliſtas
ſibimet ꝯtria ſcribere: ſꝫ aliū pleni⁹ ſcribere q̄ alter omiſit
Intelligēdū ē ḡ vnū eoꝝ fuiſſe potiſſimū: qd̄ ex h apparet
⁊ ꝙ nomē ei⁹ ⁊ nomē pr̄is eius Marcus cōmemorauit.
AUG. de cō. euā. Hinc ē ḡ ꝙ ipm ſolū voluit cōmemo-
rare marc⁹: cui⁹ illuminatio tā clarā famā huic miracu-
lo cōparauit: ꝙ erat nota calamitas. lucas v̄o q̄uis oio eo-
dē mō factū: tn̄ in alio ceco intelligēdus ē par cōmemora-
re miraculū: ⁊ eiuſdē miraculi modū parē ſequit̄. Qui cū
audiſſet ꝙ ieſus naça. ē: cepit clama. ⁊ dicere: Fili dauid
ieſu miſerere mei. CHRY. Filiū dauid vocat cec⁹ dum
ꝑtereūtis turbe laudē audiēs: ac ꝓphetaꝝ expectatione
cōpleta certificat⁹. Sequit̄: Et cōminabant̄ il. mul. vt tace-
ret. ORIGE. Tanq̄ ſi dicat: Qui pmi crediderāt incre-
pabant ei clamanti: Fili dauid: vt taceret ⁊ nō appellaret
eū ꝯtēptibili noīe ſꝫ diceret: Fili dei miſerere mei. ille aūt
nō deſtitit. vn̄ ſequit̄: Jlle aūt magis clama. fili dauid mi-
ſe. mei. Cui⁹ clamorē dn̄s exaudiuit. vn̄ ſequit̄: Et ſtās ie-
ſus p̄. illū vocari. Uide aūt ꝙ inferior ē cec⁹ de quo lucas
loquit̄: nā nec ieſus eū vocauit vt matthe⁹ dicit: nec iuſſit
eū vocari vt h dicit̄: ſꝫ iuſſit eū ad ſe adduci: q̄ſi nō potēt
ꝑ ſe venire. Jſte aūt cec⁹ ad iperiū dn̄i vocat̄. vn̄ ſequit̄: Et
vocāt eū dicētes ei: Animequior eſto: ſurge vocat te. Jlle
aūt abijciēs veſtimētū venit ad eū. Sequit̄: Qui ꝓiecto
veſti. ſuo venit ad eū. Forte veſtimētū ceci ⁊ mēdicatis ve-
lamētū intelligit̄ cecitatis ⁊ mēdicitatis quo fuerat circūda-
tus: qd̄ abijciēs venit ad ieſū quē appropinquātē dn̄s in-
terrogat. vn̄ ſequit̄: Et rn̄dens ieſus ait illi: Quid tibi vis
faciā? BEDA: Nunq̄d q̄ lumē reddere poterat: q̄d vel-
let cec⁹ ignorabat? Ad hoc ḡ req̄rit vt petat: ad hoc req̄rit
vt cor ad orationē excitet. CHRY. Uel q̄rit: ne .ſ. aliq̄s
eſtimaret ꝙ aliud volēti accipe aliud daret. Eteni ꝯſuetu-
do erat ei⁹ volūtatē curādoꝝ vniuerſis facere manifeſtā
⁊ tūc medelā inducere vt alios duceret in çelū: ⁊ vt oñde-
ret eū q̄ curādus erat gratie dono digne potiri. Sequit̄:
Cecus aūt dixit ei: Raboni vt videā. BEDA: Paruipē-
dit eni extra lucē cec⁹ aliq̄d q̄rere: q̄ etſi hēt cec⁹ q̄dlibet
pōt ſine luce nō pōt videre qd̄ hꝫ. HIERO. Cōſiderās
autē ieſus ꝓmptā voluntatē: cōplet hoc deſiderij remu-
nerat. ORIGE. ſuper mattheū: Dignius autem eſt dice-
re Raboni: vl' ſicut in alijs dicit̄ domine: q̄ fili dauid. vn̄-
de ꝓpter illud qd̄ dixit: fili dauid: nō preſtitit ei ſanitatē
ſed ꝓpter h qd̄ dicit: Raboni. vn̄ ſequit̄: Jeſus aūt dixit
ei: Uade fides tua ſaluū te fecit. Et ꝯfeſtim vidit: ⁊ ſeque-
bat̄ eum in via. THEO. Grata enim eſt anima ceci in-
eo ꝙ ſanus effectus ieſum nō reliquit: ſꝫ ſecutus eſt eum.
BEDA: Myſtice aūt hiericho que interp̄tari dicit̄ luna:

defectum noſtre mutabilitatis deſignat. appropinquans
dominus hiericho lumen ceco reddidit: quia veniens in
carne ⁊ paſſioni appropinquans: multos ad fidē addu-
xit. Nō .n. primis incarnatiōis ſue tēporibus: ſed paucis
antequā pateretur annis: myſteriū verbi mundo exhibuit.
HIERO. Cecitas etiā ex parte facta iudeis illuſtrat̄ in fi
ne qn̄ eis mittet heliem prophetā. BEDA: Qz aūt ap-
propinquās hiericho vnū illuminauit: ac proficiſcens de
hiericho duos: h̄ intimauit q̄ ante paſſionē ſuā vni tm̄ po
pulo iudeoꝝ p̄dicauit: poſt reſurrectionē vero atq̄ aſcē-
ſionem ſuā p apoſtolos ⁊ iudeos ⁊ gentibus diuinitatis
⁊ humanitatis ſue archana patefecit. q̄ vero Marc⁹ vnū
illuminatū ſcribit ad gentiū ſalutē reſpicit: vt eoꝝ quos
inſtruebat ad fidē ſaluationi figura ɔgrueret. Matthe⁹
vero q̄ credētibus ex hebreis ſuū ſcribebat euāgeliū: qḋ
in gentiū quoq̄ noticiā erat puētuꝝ: recte duos dicit illu
minatos: vt ad vtrūq̄ pplm̄ fidei grāz ptinere doceret.
Proficiſcēte igit̄ dn̄o ⁊ diſcipulis ei⁹ ⁊ plurima multitu-
dine de hiericho: cecus ſedebat iuxta viā mēdicās: q̄ aſ-
cēdente ad celos dn̄o ⁊ multis fideliū ſequētib⁹: imo cū-
ctis ab initio mūdi electis: vna cū illo ianuā regni celeſti
ingrediētib⁹: mox gentiū ppl̄s cepit ſue illuminatiōis ſpē
hr̄e: q̄ mēdicat iuxta viā ſedēs: q̄ needū iter veritatis in
grediēs ad hoc puenire ɔtēdit. HIERO. Popul⁹ etiā
iudeoꝝ q̄ ſcripturā ɔſeruat nec cōplet: iuxta menſā mēn
dicās eſurit. Clamat aūt: Fili dauid miſerē mei. q̄ p me-
rita patriarchaꝝ iudaic⁹ ppl̄s illuminat̄. Cōminat̄ aūt ei
multi vt taceat: q̄ peccata ⁊ demonia cōpeſcūt clamorē
pauperis: ſz ille magis clamabat: q̄ ingraueſcēte bello:
manus ad lapidē adiutoriij: h̄ ē ieſū naçarenū cū clamore
leuande ſūt. BEDA. Populus etiā gentiū agnita fama
nois chriſti pticeps ei⁹ fieri q̄rebat: cui ɔdicebāt multi: p̄
mo iudei: deinde etiā gentiles: ne illuminandus mūdus
chriſtū inuocaret: nec tm̄ ipugnātiū furor eos q̄ ad vitā
erant p̄ordinati valebat ſalute p̄uare. Clamātē aūt cecū
tranſiēs audiuit: q̄ p humanitatē ſuā miſert⁹ eſt: q̄ p diui-
nitatis potentiā mentis nr̄e tenebras excluſit. q̄ .n. pp̄ter
nos nat⁹ ⁊ paſſus ē ieſus q̄ſi traſijt: q̄ hec actio tp̄alis eſt.
Stare aūt dei eſt imutabiliter cūcta diſponere. clamātē
aūt cecū dn̄s vocat: cū pplo gētiū p p̄dicatores verbū ſ̄
dei mittit: q̄ vocātes cecū animequiorē eē ⁊ ſurgere atq̄
ad dn̄z venire p̄cipiūt: cū p̄dicādo indoctis ſpem eos ſa
lutis hr̄e: ac de corpe vitioꝝ erigi: atq̄ ad virtutū ſtudia
ſe accingere iubent. piecto aūt veſtimēto exilit: q̄ abiectī
mūdi retinaculis expedito mētis greſſu: ad largitorē eter
ne lucis pperat. HIERO. Venit etiā iudaic⁹ ppl̄s exili
ens nudus veteri hoie vt hinnulus ſaliēs ſup mōtes: q̄
ſegnitiē deponēs patriarchas pphas apl̄os i altis ɔſiderās
ad ſupna ſe extēdit. q̄ ɔueniēſ aūt ē ordo ſalutī: audiuim⁹
primo p pphetas: deinde clamam⁹ p fidē: poſtea voca-
mur p apl̄os: ſurgim⁹ p pniāz: exuimur p baptiſmū: inter
rogamur p volūtatē. Cec⁹ aūt interrogat⁹ h̄ reqrit: vt vi-
deat volūtatē dn̄i. BEDA: Imitemur ḡ ⁊ nos eū: nō di
uitias: nō terrena bona: nō honores a dn̄o: ſz lucē q̄ram⁹
quā videre cū ſolis angelis poſſum⁹ ad quā via fides eſt.
Unde ⁊ ceco rn̄det: Fides tua te ſaluū fecit. videt aūt ⁊ ſe
quit̄: Qui bonū qḋ intelligit opat̄. Ieſū .n. ſequit̄: q̄ bonū
qḋ intelligit operat̄: q̄ imitat̄: q̄ pſperari i h̄ mūdo noluit:
opprobria ac irriſiōes tolerauit. Et q̄ rerū corpaliū de
lectatiōe a gaudio iterno cecidim⁹: cū q̄ amaritudine illuc
redeat̄ oñdit. THEO. Dicit aūt q̄ ſecutus ē dn̄z i via
ſ. in hac vita: q̄ poſt hāc excludūt̄ oēs qui h̄ eū nō ſequūt̄
ab operādo mādata ei⁹. HIERO. Vel via iſta ē q̄ dixit
Ego ſū via veritas ⁊ vita. Hec eſt via anguſta q̄ ducit ad
ardua hieroſolyme ⁊ bethanie ad montē oliuarū qui eſt
mons luminis ⁊ conſolationis. CA.XI

ET cū appropinq̄rēt hieroſolyme ⁊ betha
nie ad montē oliuaꝝ mittit duos ex diſci-
pulis ſuis: ⁊ ait illis: Ite in caſtellū qḋ ɔ̄ vos eſt: ⁊
ſtatim itroeūtes illuc iueniet̄ pullū ligatū: ſup quē
nemo adhuc hoiuz ſedit: Soluite illū: ⁊ adducite
Et ſiqs vobis dixerit: qd facit̄: dicite q̄ dn̄o neceſ
ſari⁹ ē: ⁊ ɔtinuo illū dimittet huc. Et abeūtes iuene
rūt pullū ligatū an̄ ianuā foris in biuio: ⁊ ſoluunt
eū. Et qdā de illic ſtātib⁹ dicebāt illis: Quid facit̄
ſoluētes pullū? Qui dixerūt eiſ: ſicut p̄cepat illis ie
ſus: ⁊ dimiſerūt eis. Et duxerūt pullū ad ieſū: ⁊ im
poſuūt illi veſtimēta ſua: ⁊ ſedit ſup eū. Multi aūt
veſtimēta ſua ſtrauerūt in via; alij aūt frōdes cede
bāt de arborib⁹: ⁊ ſternebāt i via. Et q̄ p̄ibant ⁊ q̄
ſeq̄bant̄ clamabāt dicētes: Oſanna benedictus q̄
venit in noie domini: benedictū quod venit regnū
patris noſtri dauid: oſanna in excelſis.

CHRY. Poſtq̄ dn̄s ſue virtutiſ ſufficiētē expientiā de
derat: ⁊ crux inſtabat i ianuis: oīa cū iā maiori agit clari
tate q̄ aduerſarios inflāmatura erāt: ⁊ iō q̄uis multotiēs
prius aſcēderit hieroſolymā: nūq̄ tm̄ cū tanta excellētia ſi-
cut mō. THEO. Ut ſi velint valeāt gliā ei⁹ agnoſcere
⁊ p pphetias de eo cōpletas ſcirēt q̄ ē verus de⁹. Si ve-
ro noluerint maius fieret eis iudiciū: q̄ tot claris mira-
culis nō crediderūt. hui⁹ igit̄ aduētus claritatē euāgeliſta
deſcribēs dicit: Et cū appro. hiero. ⁊ betha. ad mon. oli.
mittit duos ex diſci. ſuis. BEDA: Bethania villula eſt
ſiue ciuitas in latere mōtis oliueti: vbi laçarus ē ſuſcitat⁹
a mortuis. Quō aūt diſcipuloſ miſerit ⁊ ad q̄d: oñdit ſub
dens: Et ait illis: Ite in caſtellū qḋ eſt ɔ̄ vos. THEO.
Cōſidera v̇o quāta dn̄s diſcipulis p̄dixerit. ſ. q̄ inuenirēt
pullū. vn̄ ſequit̄: Et ſtatim introeūtes illic inuenietiſ pullū
ligatū ſup quē nemo adhuc hominū ſedit: ſoluite illū ⁊
adducite. ⁊ q̄ ipedirent ab accipiēdo. Un̄ ſequit̄: Et ſiqs
vobis dixerit: q̄d facitiſ: dicite q̄ dn̄o neceſſarius ē. ⁊ q̄ h̄
dicto pmitterēt accipe. Un̄ ſequit̄: Et ɔtinuo illū dimittet
huc. Et ſicut dn̄s p̄dixerat: ita ipleret̄. Un̄ ſequit̄: Et abeū
tes iuenerūt pullū ligatū an̄ ianuā foris in biuio: ⁊ ſoluūt
eū. AUGU. De cō. euā. Mattheus aſinā dicit: ⁊ pullū: ce
teri aūt de aſina tacēt. vbi ḡ vtrūq̄ factū pōt itelligi: nl̄la
repugnātia ē: nec ſi ali⁹ vnū: alius aliū cōmemoraret: q̄to
minus moueri oporet ſi ali⁹ vnū: alius vtrūq̄ cōmemo
raret. Sequit̄: Et q̄dā de illic ſtantib⁹ dicebāt illis: Quid
facitis: ſoluentes pullū? Qui dixerūt eis: ſicut p̄ceperat
illis ieſus: ⁊ dimiſerūt eis. ſ. pullū. THEO. Nō aūt hoc
pmitterent: niſi diuina virtus eis incūberet cogens illos
p̄ſertim q̄ rurales exiſtentes ⁊ coloni pmiſerūt pullū au
ferre. Sequit̄: Et duxerūt pullū ad ieſū: ⁊ imponūt illi ve
ſtimēta ſua: ⁊ ſedit ſup eū. CHRY. Nō q̄dē q̄ ex neceſ
ſitate a mōte oliueti vſq̄ hierl̄m ſup pullū ire dn̄z oporte
bat: cū iudeā ⁊ oēm galileā pedes pambulauerat: ſed ſi-
gnū erat qḋ fiebat. Sequit̄: Multi aūt veſtimēta ſua ſtra-
uerūt in via. HIERO. Sub pedib⁹ pulli aſine. Alij aūt
fron. cede. de arbo. ⁊ ſterne. in via. Magis aūt ad ornatū
⁊ ad ſacramētū ptinet: q̄ ad neceſſitatē. Sequit̄: Et q̄ p̄ei.
⁊ q̄ ſeque. clama. dicen. Oſanna bene. qui ve. in no. dn̄i.
Multitudo .n. donec corrupta nō fuit cognouit q̄ ɔgruū
erat: pp̄t qḋ honorificauit ieſū vnuſqſq̄ ſm̄ pp̄riā virtu-
tē. vn̄ laudātes ipm̄: hymnū leuiticū aſſūpſerūt dicētes:
Oſanna. qḋ ſ̄z quoſdā idē eſt qḋ ſaluū me fac: ſm̄ vero
quoſdā idē qḋ hymnus. Eſtimo aūt primū eē verius: nā
in centeſimo decimoſeptimo pſalmo habetur: O Domi
ne ſaluum me fac. quod in hebraico ſcriptum eſt: Oſan-
na. BEDA: Eſt autem oſanna verbum hebraicū cōpo
ſitum ex duobus: corrupto ⁊ integro. Salua nanq̄ ſiue
ſaluifica apud eos dicitur oſy. At vero anna interiectio
eſt deprecantis: quomodo apud latinos eſt dolentis heu